

Lopia. Et quamuis Carpa prædictis sit squamosior, carnem tamen habet non tam albam, frangibilem & subtilem, ut Lucius & Perca: sæpiusq; in stagnis reperitur. In summa tamen (si cætera pariter adessim) meliores censentur pisces fluuiatiles, capti in aqua petrosa, fluente uersus septentrionem, profunda, multæ agitationis, quo non cōfluant sordes ciuitatum, in qua etiam herbarum ac bonarum radicum copia suppeditat. Cancri autem fluuiatiles & mariini multi sunt nutrimenti, nō facile in stomacho corrumptur, sed tardius digeruntur. Sciendum insuper, pisces recentes corpus humectare, lac & sperma multiplicare, ualdeq; conferre cholericis. Non sunt autem comedendi pisces à ferti exercitio, siue labore, nam ita facilimè in stomacho corrumpuntur. Caveant item sibi abcsu piscium, quibus stomachus debilis sit, & malis humorib. plenus. Nec comedendi sunt pisces simul cum carnib. & lacticinijs, neq; post alios cibos. Postremò uero sciendum, pisces crassos, salsos, meliores esse quam recetes, attamen longo tempore salsi praui sunt alimenti. Pisces etiam laudabiles, leuiter salsi, ac modicè sumpti, appetitu, si quis eos expetat, reuocans & corroborant.



DE ANGVILLA.
CAP. XXXI.

H